



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvat̄is, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

169. Fer. 2. De donorum Spiritûs sancti magna vi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

296 FERIA 2. DOMIN. PENTECOST.

vestitis, corpus scilicet, & sanguinem suum.
Veni sancte Spiritus, & emitte cœlitus, &c.

MEDITATIO CLXIX.

FERIA 2. DOMIN. PENTECOST.

De donorum Spiritûs sancti magna vi.

Videbo oppositionem impossibilem Spiritûs sancti, & Spiritûs mali, ex colatione proprietatum utriusque, & fructuum ex arbore bona, & ex arbore mala. Petam agnoscere donorum Spiritûs sancti vim.

Conf. 1. Quomodo ab initio mundi creatus Angelus honori Dei, & bono ipsiusmet Angeli, si Deo se subijceret: quod cum nollet, factus sit defectu proprio Spiritus malus, qui hominem donatum ratione, ut discerneret contraria à contrarijs, meliora ab optimis, & fortitudine, ut persisteret in bono, deiecit per inobedientiam, qui est Spiritus proprius diaboli. Deinde cum Deus legem homini daret, redemptionem promitteret; corda humana timore & amore Dei spoliavit, & incredibile esse, ut Deus moriatur, persuasit, ac tandem veneno suo ex toto implevit.

Conf. 2. Quomodo Spiritus sanctus donis suis mala dæmonis extirpet: quia, ut docet Bonavent, in cap. 11. Luc. Sapientia opponitur

298 *Fer. 3. Domin. Pentecost.*

Asterium & sitim humanam faciat, juxta illud: *Non sitiet in aeternum, sed fiet in illo fons aqua salientis in vitam aeternam; quia gustato Spiritu desipit omnis caro.* Orabo ex hac aqua renasci, dicto hymno de S. Spiritu.

MEDITATIO CLXX.

Feria 3. Domin. Pentecost.

De majore vi donorum Spiritûs sancti.

Aspiciam, quomodo satanæ malitiam Spiritus sanctus coërceat donis suis, sicut lux arcet tenebras, & ignis frigora. Petam intelligere utriusque vim, illam estinguere, hanc consequi.

Conf. 1. Quomodo spiritus malus per superbi, amduodecim mala in templis suis, hoc est, superbis operetur: Curiositatem, mentis levitatem, ineptam lætitiâ, jactantiâ, singularitatem, arrogantiam, præsumptionem, defensionem peccatorum, simulatam confessionem, rebellionem, libertatem, peccandi consuetudinem. Hunc spiritum superbum Deo magis foetentem, quàm cada-vera, Spiritus sanctus coërceat timore Domini, & duodecim actibus humilitatis oppositis.

Conf. 2. Quomodo spiritus malus per Invidiam moraliter, & mediatè in suos ingrediatur, præsentando vivaciter sensibus,
phantas-